



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Missale Romanum nuper impressum cu[m] o[mn]ibus alijs  
missis**

**Venetijs, 27. Okt. 1501**

Jn festo vnius martyris pontificis. Jntroitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70304](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70304)

ctam afferatis et fructus vester maneat. **Coio.** Amen dico vobis: quod vos qui reliquistis omnia: et secuti estis me centuplum accipietis: et vitam eternam possidebitis. **Coio.** Vos qui secuti estis me: sedebitis super sedes iudicantes duodecim tribus israel. **In festo vni<sup>o</sup> martyris pontificis. Introitus.**

**S**tatuit ei dominus testamentum pacis: et principem fecit eum sicut illi sacerdotum dignitas in eternum. **Ps.** Memoro domine david: et omnes mansuetudinis eius. **Ps.** Gloria.

**S**acerdotes **Introitus.** dei benedicite dominum: sancti et humiles corde laudate deum. **Ps.** Benedicite omnia opera domini domino: laudate et superexaltate eum in secula. **Ps.** Gloria. **Oratio.**

**I**n firmitate nostram respice opus domini: et quod potius propter actus gravat: beati. M. martyris tui atque pontificis in tercessio gloriosa nos protegat. **p.**

**M**eritis tibi domine **Secre.** beati. M. martyris tui atque pontificis dicatas meritis benignus assume: et ad perpetuum nobis tribue provenire subsidium. **Per. Postco.**

**R**efecti participatione muneri sacri quod domine deus noster: ut cuius exequimur cultum sen-

tiam effectum. **Per. Oratio.**

**O**mnipotens deus qui nos beati. M. martyris tui atque pontificis annua solennitate letificas: concede propitius: ut cuius natalitia colimus: de eiusdem etiam protectione gaudeamus. **Ps.**

**M**isera tibi domine **Secre.** dicata sanctifica: et intercedere beatus M. martyre tuo atque pontifice: pro eadem nos placatus intende. **Per. Postco.**

**H**ec nos communio domini ne purget a crimine: et intercedente beato. M. martyre tuo atque pontifice celestis remedii faciat esse consortes. **Ps. Eccl.**

**I**libi sapientie. xxxix. ca: **U**ltus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad dominum: qui fecit illum: et in conspectu altissimi deprecabitur. Aperiet os suum in oratione: et pro delictis suis deprecabitur. Si enim dominus magnus voluerit: spiritus intelligentie replebit illum. Et ipse tanquam hymnes mittet eloquia sapientie suae: et in oratione confitebitur domino. Et ipse diriget consilium eius: et disciplinam: et in absconditis suis consiliabitur: et ipse palam faciet disciplinam doctrine suae: et in lege testamenti domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius: et usque in seculum non delebitur. Non recedet memoria

℟

eius: et nomen eius requirit a generatione in generatio // nem. **lectio libri sapientie.**

**B**eatissimus **xxxj. capitulo.**  
Vir qui inuētus est sine macula: et qui post aux non abiit: nec sperauit in pecunie thesauris. Quis est hic: et laudabimur eum? fecit enim mirabilia in uita sua. Qui probatus est in illo et perfectus inuētus est: et erit illis gloria eterna. Qui potuit transgredi: et non est transgressus: facere mala: et non fecit. Ideo stabilita sunt bona illi in domino: elemosynas illi enarrabit omnis ecclesia sanctorum. **lectio libri sapientie. iij.**

**B**eatissimus homo qui inuenit **ca.**  
Sapientia: et qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius negociatione argenti et auri purissimi: fructus eius preciosior est cunctis opibus: et omnia que desiderant huic non ualent comparari. Longitudo dierum in dextera eius: et in sinistra illi diuitie et gloria. Uie eius uia pulchra: et omnes semite illius pacifice. Uigilantia uite est his qui apprehenderint eas: et qui tenuerint eas beati. Dominus sapientia fundauit terram: et stabiluit celos prudentia. Sapientia illi eruperunt abyssi: et nubes rore crescunt. **lectio libri**

**B**eatissimus **sapientie. xxiij. ca.**  
Vir qui in sapientia morabitur:

et qui in iusticia meditabitur: et in sensu cogitabit circumspectores dei. Cibabit illius panem uite et intelletus: et aqua sapientie salutaris potabit illum. Et firmabitur illo: et non flectetur: et continebit illum: et non confundetur: et exaltabit illum apud patres suos: et noie eterno hereditabit illum dominus deus noster. **lectio libri sapientie. x. ca.**

**I**llud deduxit dominus per uias rectas: et ostendit illi ignem dei. Et dedit illi scientiam sanctorum. Honestauit illum in laboribus: et contempnit labores illi. In fraude circumuentium illi affuit: et honestum fecit illum. Custodiunt eum ab inimicis: et a seductoribus tutauit illum. Et certamen forte dedit illi: ut uiceret: et sciret: quoniam omni potetior est sapientia. Nec uentum iustum non dereliquit sed a peccatoribus liberauit eum. Descenditque cum illo in foueam: et in uinculis non dereliquit eum: donec afferret illi sceptrum regni: et potetiam aduersus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit: qui macularunt eum. Et dedit illi claritatem eternam dominus deus noster. **epistola ad corinthios. ij. ca. f.**

**R**es: Benedictus deus et pater domini nostri iesu christi pater misericordiarum: et deus totius consolatiois nostre: ut possimus et ipsi con-

solari eos qui in omni pres-  
sura sunt per exhortationez:  
qua exhortamur et ipsi a deo.  
Quoniam sicut abundat passiones  
christi in nobis: ita et per christum  
abundat consolatio nostra. Si-  
ue autem tribulamur pro vestra  
exhortatione et salute: siue con-  
solamur pro vestra consolatione  
siue exhortamur pro vestra  
exhortatione et salute: quod opus  
tolerantiam earundem passionum  
quas et nos patimur. Et spes  
nostra firma est pro vobis: scien-  
tes: quoniam sicut socii passionum  
estis: sic eritis et consolationis  
In christo iesu domino nostro. **Epistola**  
**Ad timotheum. ii. cap. ii.**  
**O**mnis charissime: Memore  
estis dominum nostrum iesum christum re-  
surrexisse a mortuis ex semine  
dauid: secundum euangelium meum  
in quo laboro usque ad vincula  
quasi male operans: sed verbum  
dei non est alligatum. Ideo omnia  
sustineo propter electos: ut et ipsi  
salute consequantur: que est in  
christo iesu in gloria celesti. Tu  
autem affecutus es meam doctrinam:  
institutionem: propositum: si-  
dem: longanimitatem: dilectionem:  
patientiam: persecutiones:  
passiones: qualia mihi facta  
sunt antiochie: iconio: listris  
quales persecutiones sustinui  
et ex omnibus eripuit me do-

minus. Et omnes qui volunt pie  
vivere in christo iesu persecutiones  
patiantur. **Grad.** Inveni va-  
uid seruum meum oleo sancto unxi eum:  
manus enim mea auxiliabit ei: et  
brachium meum confortabit eum.  
**N**ihil proficiet inimicus in eo:  
et filius iniquitatis non nocebit  
ei. **Grad.** Iustus ut palma flo-  
rebit: sicut cedrus libani multi-  
plicabit in domo domini. **Ad**  
annunciandum mane misericor-  
diam tuam: et veritatem tuam per  
noctem. **Alla.** Tu es sacer-  
dos in eternum secundum ordinem melchisedech.  
**Alla.** Sic est sacer-  
dos quem coronauit dominus. **Alla.**  
Iustus ut palma florebit: sicut  
cedrus multiplicabit. **Secundum**  
**In illo mattheum. x. ca.**  
**I**te: Dixit iesus discipu-  
lis suis: Nolite arbitrari: quod  
venerim pacem mittere in terram  
Non veni pacem mittere: sed gla-  
dium. Veni enim separare ho-  
minem aduersus patrem suum: et fi-  
liam aduersus matrem suam: et  
nurum aduersus socrum suam  
et inimici hominis domestici eius.  
Qui amat patrem aut matrem  
plus quam me: non est me dignus.  
Et qui amat filium: aut filiam su-  
per me: non est me dignus. Et  
qui non accepit crucem suam: et se-  
quitur me: non est me dignus. Qui  
inuenit animam suam: perdet eam.

Et q̄ pdiderit animā suā p̄  
pter me: iueniet eā. Qui reci  
pit vos: me recipit: et q̄ recipit  
me: recipit eum qui me misit.  
Qui recipit p̄phetā in noīe  
p̄phete: mercedē p̄phete ac  
cipiet. Et q̄ recipit istum in  
nomine iusti: mercedē iusti  
accipiet. Et q̄cūq; dederit vni  
ex minimis istis calicez aque  
frigide t̄m in nomie discipuli  
amen dico vobis non perdet  
mercedē suā. **Scdm̄ matthēū**

**I**n illo t̄p̄e: **xvi. cap.**  
Dixit iesus discipul̄ su  
is. Si q̄s vult venire post me  
abneget semetipsum: et tollat  
crucē suā: et sequat̄ me. Qui  
eniz voluerit aiā suā saluāz  
facere: pdet eā. Qui aut̄ pdi  
derit aiā suā p̄pter me: inue  
niet eā. Quid enim p̄dest ho  
mini: si vniuersū mūdū lucre  
tur: aīe v̄o sue detrimētū pa  
tias? Aut quā dabit hō cōmu  
tationē p̄ aiā suā? Filius eniz  
hoīs v̄eturus est in gloria pa  
tris sui cū angelis suis: et tūc  
reddet vnicuiq; s̄m̄ opa sua.  
Amē dico vobis: sūt q̄dā de hic  
stātibus q̄ nō gustabūt mortē  
donec videāt filiū hoīs veniē  
tē in regno suo. **Scdm̄ ioan.**

**I**n illo t̄p̄e: **Di. nē. xij. c.**  
Dixit iesus discipulis suis:  
Amen amen dico vobis: nisi

granū frumēti cadēs in terrā  
mortuū fuerit: ipsuz solū ma  
net. Si at̄ mortuū fuerit: mul  
tum fructuz affert. Qui amat  
aiā suā perdet eā. Et q̄ odit  
aiā suā in hoc mūdo: i vitā  
eternā custodit eā. Si q̄s mi  
hi ministrat: me sequat̄: et vbi  
sum ego: illic et minister me  
erit. Si q̄s mihi ministraverit  
honorificabit eū pater me  
est in celis. **Scdm̄ matth. x. ca.**

**I**n illo t̄p̄e: Dixit iesus di  
scipulis suis. Nihil oper  
tū q̄d nō reuelet: et occultū q̄d  
nō sciat. Q̄d dico vob̄ in tene  
bris: dicite i lumine. Et q̄d in  
aure audīt: p̄dicate sup̄ tecta.  
Et nolite timere eos qui occi  
dūt corp̄: aiā aut̄ nō possūt  
occidere. S̄z poti⁹ eū timete  
q̄ p̄t̄ et aiā et corpus pdere  
in gehennā. Nōne duo passe  
res asse veneūt? Et vn⁹ ex his  
nō cadet sup̄ terrā sine p̄ie ve  
stro. Vestri aut̄ et capilli capi  
tis oēs numerati sunt. Nolite  
ergo timere multis passerib⁹  
meliores estis vos. Dis ergo  
q̄ p̄stebit me corā hoīb⁹: cō  
fitebor et ego eū corā p̄ie meo  
qui est in celis. **Scdm̄ lucam**

**I**n illo t̄p̄e: **xiiij. capitulo**  
Dixit iesus turbis  
Si q̄s venit ad me: et nō odit  
patrem suū et matrem: et vxor

rem: et filios: et fratres: et sorores: ad huc autem et animam suam: non potest meus esse discipulus. Et qui non baulat crucem suam et venit post me: non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim edificare nonne prius sedes computat sumptus qui necessarii sunt: si habet ad perficiendum: ne postquam posuerit fundamentum non poterit perficere omnes qui vident incipient illudere ei dicentes: quare hic homo cepit edificare: et non potuit consummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem: non sedens prius cogitat si possit cum decem milibus occurrere ei: qui cum viginti milibus venit ad se? Alioquin ad huc illo loquente agente legatione mittens rogat ea que pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renouauerit omnibus que possidet non potest meus esse discipulus.

**Offertorium.** Veritas mea et misericordia mea cum ipso: et in nomine meo exultabit cornu eius. **Offertorium.** Inueni dauid seruum meum: oleo sancto unxi eius manus enim mea auxiliabitur ei: et brachium meum confortabit eum. **Oratio.** Domine quinquaginta talenta tradidisti mihi: ecce alia quinquaginta pluratus sum: euge serue fidelis: quia in paucis fuisti fidelis supra multa te constituas: intra in gaudium

domini tui. **Oratio.** Semel iuravi in sancto meo: semel enim in eternum manebit et sedes eius sicut sol in conspectu meo: et sicut luna perfecta in eternum: et testis in celo fidelis. **Oratio.** Posuisti domine in capite eius cor: id est nam de lapide precioso. **In festo vniuerso martyrio. non potest. Introitus.**

**I**n virtute tua domine letabitur iustus: et super salutare tuum exultabit vehementer: desiderium anime eius tribuisti ei. **Psalmus.** Domine presumpsisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. **Versus.** Gloria.

Etabit **Introitus.** Iustus in domino: et sperabit in eo: et laudabunt omnes recti corde.

**Psalmus.** Exaudi deus orationes meas cum deprecor: a timore inimici eripe animam meam. **Versus.** Gloria. **Introitus.**

**I**ustus non conturbabitur: quia dominus firmat manus eius: tota die miseretur et commodat: et semel eius in benedictione eius: in eternum conseruabit. **Psalmus.** Noli emulari in malignis: neque zelaueris facientes iniquitatem. **Versus.** Gloria. **Introitus.**



Gloria et honore coronasti eum domine: et constitui eum super opera manuum tuarum. **Psalmus.** Domine dominus noster quam admirabile est nomen tuum in